c Irca hec tñ quadruplex occurrit ꝯſideratio moral'. ¶ Prīa ſancti⁹ eſt ꝛ deo placē ti⁹ atq₃ fructuoſi⁹ regularit̄ tñ orare deū ī templis ꝛ locis ſibi dicatis ꝙ̄ in alijs Ualor quid orationū ibidem factarū tumulat̄ ex orōne generali ꝛ loci maieſtate: ex q̄ fit deuotiōis maior incitatatio. Propterea nō abſq₃ grandi ratione ſedula religio patrū noſtrorū: particularia oratoria vetabat: preſertim ꝓmiſſis celebrandis. Dictum ē in conſideratione regulariter: quoniā valor ipis orationibus accreſcere aliunde ꝙ̄ ex loco ſancto poſſet. ¶ Secunda conſideratio Omnis plaſphemia que attribuitur deo vel ſanctis eius indigna vel turpia: verbo. facto. vel ſigno: tanto execrabilius fit in eccleſia: quāto loc⁹ plus ſacer eſt. Que plaſphemia ſi fiat ſub ludi ſpecie: debet auctoritate ꝑ ſuperiores ſerioſe reparari. Nec (vt diſtinct. 8. c. Mala autem conſuetudo et alijs capitulis ſequētibus) ꝯſuetudo ad oppoſitū alleuiat īmo aggrauat. quia veriſſime corruptela eſt. et ſacrilega corruptela: que in caput ſuperiorum redundabit: ſi non pro ſuo officio remediare curauerint: maiore quidem animoſitate ꝙ̄ etiam pro ſuis temporali-

bus decertarent. ¶ Tertia. Una ex cauſiis: quare eccleſiaſtici mali ꝛ īpenitītes: peſſimi ſunt ſupra ceteros (ꝑut ſepe expertum fuiſſe teſtatꝛ Auguſtinus. ꝛ tempora noſtra idem monſtrant ad oculos) aſſignatꝛ ꝯuenienter: qꝛ tales ipi deo magiſ ingrati ſunt. Dum abutuntꝛ eis omnibꝰ: que eos ad penitentiā ꝓuocare debuerāt. Omnia enī remedia pro ſua correctiōe (vt ſunt exempla ſanctorum et predicationes et alia ſimilia) cōuerterūt in faſtidium et contentū. et quaſi in ridiculum apud ſemetipos: et hoc ex continuo auditu ꝛ viſu: adeo vt tandem ſe eſſe credant ſapientes et prudentes pre alijs monitoribus ſuis: quoniā īpinguati ſunt incraſſati dilatati: ideo dereliquerunt deum ſuum ꝛc. et humilitatem noſtre xpiane religionis ꝛ ſuorum ꝓmulgatorum: ponunt in abhomīationē ſibi. Qualis igitꝛ ſpes ſalutis eſſe poteſt: vbi que fuerant remedia: ꝯuertuntꝛ in nauſeam ꝛ venena? ¶ Quarta Affectiones ꝑuerſe (q̄ ſeparāt a deo) dampnabiliter fiunt vbiq;: dampnoſiꝰ tn̄ in ecclīa Negotiationes ꝑterea ſeculares. capitula. ꝛ conuentiones ſiue tractatus: ne dum in eccleſia: verū etiam in ſanctuario ſiue choro ꝛ tempore diuinorum: in magnū contentū dei: ꝛ laqueum animarū ſepiſſime heu fiūt. q̄ tn̄ ſancti patres ſub maximis penis ꝓhibuerūt. vt ſtatim patebit. Nō aduertentes q̄tū negociatōes q̄ fiebāt olim ī tēplo iheroſolimitano xp̄o diſplicuerunt qđ apparuit qꝛ ex magno zelo ſbuertit cathedras nūmulariorꝫ ꝛc. Nūc tn̄ hmōi mlto diſplicibiliꝰ fiunt in templis ſuis ī quibꝰ miſteria magis ſpiritualia ꝯueīt celebrari.

Deut. 32.

Sapien. 1.

Luce. 19.
Joh. 2.

¶ Capitulũ nonũ. Pro veritate dictarũ ꝯſiderationũ ꝛ reuerẽtia deo in eccl'ia exhibenda ponunt̃ mlti canones bene notãdi ꝛ timẽdi ĩ quib⁹ ꝓhibent̃ fabulatões. ludi inhoneſti canes ꝛ aues induci. capl'a celebrari et q̃cquid diuinũ cultũ turbare põt

p Ro veritate ꝛ maioꝛe ꝓbatiõe haꝝ conſiderationũ ſeu documentoꝝ moꝛalium . et nihilominus ꝓ reuerentia in eccleſia deo exhibenda: ſubiũgent̃ iura ꝛ dicta doctoꝝ nullaten⁹ ſpernenda: imo multũ ponderanda. ¶ Aduertant omẽs eccl'iaſtici: ꝛ qui habent aures audiendi audiant aureum canonẽ. de immunitate eccl'iarum libꝛo. vj. Decet domũ domini ſanctitudo. decet vt cuius in pace factus eſt locus: eius cult⁹ ſit cum debita veneratiõe pacificus. Sit itaq; ad eccleſias humilis ꝛ deuot⁹ ingreſſus. Sit in eis q̃eta ꝯuerſatio. deo grata. inſpicientib⁹ placita. que conſiderãtes nõ ſolũ inſtituat ſed ꝛ reficiat. Cõuenientes ibidez: nomen illud quod eſt ſuꝑ om̃e nomen: a quo aliud ſub celo nõ eſt datũ hominibus: in quo ſaluos fieri credentes opoꝛteat. nomẽ vicz ihu xp̃i (q̃ ſaluũ faciet populũ ſuũ a peccatis eoꝝ) exhibitiõe reuerẽtie ſpecialis attollãt. ꝛ qd̃ generaliter ſcribit̃: vt in noĩe ihu om̃e genu flectat̃: ſinguli ſingulariter in ſeip̃is implentes: pꝛecipue dũ agunt̃ miſſaꝝ ſacra miſteria glorioſuz illud nomẽ

qñcunqꝫ recolit:flectant genua cordis ſui: qđ vel capitis ſui inclinatione teſtent. Attendant in locꝫ eiſdem intentis ꝑcordijs ſacra ſolennia. deuotis orõnibus inſiſtat. Nullus in locis eiſdem (in qui bus cũ pace ⁊ quiete vota ꝯuenit celebrari) ſedi-tionem excitet. ꝯclamationẽ moueat. impetumue cõmittat. Ceſſent in locis illis vniuerſitatum ⁊ ſo cietatũ quarũlibet ꝯſil ia. cõciones ⁊ publica par-lamenta. Ceſſent vana ⁊ multo forti⁹ feda ⁊ pro-phana colloquia. Ceſſent cõfabulatiões que libet Sint poſtremo quecunqꝫ alia que diuinũ turbare poſſent officium:aut oculos diuine maieſtatis of-fendere:ab ipſis prorſus extranea. ne vbi peccato rũ ẽ venia poſtulanda: ibi peccãdi detur occaſio. aut deꝑhendant peccata cõmitti. Ceſſent in eccle ſijs earũqꝫ cimiterijs negociatiões. ⁊ ꝑcipue nun dinarũ. ac fori cuiuſcunqꝫ tumultus. Omis ĩ eis ſeculariũ iudiciorum ſtrepitus cõquieſcat. Nulla inibi cauſa ꝑ laicos criminal' maxĩe agitet. Sint loca eadem a laicoꝝ cognitionibus aliena. Ordi-narij locoꝝ hoc faciant obſuari. Suadenda ſua-deant. interdicta hui⁹ canonis auctoritate compe ſcant. Ad hoc etiam alios in eccleſijs ipſis magis aſſiduos. et ad premiſſa idoneos deputando. Et nihilomin⁹ ꝓceſſus iudicũ ſeculariũ ac ſpirituali-um ꝓlate ſententie:in eiſdem locis careant robo-re firmitatis. Qui vero ꝑmiſſas inhibitiões ani-mo petulanti ꝯtempſerint:ꝑter proceſſum ordina riorũ ⁊ deputandoꝝ ab ipſis:diuine vlcionis ⁊ no ſtre poterũt acrimoniã formidare: donec ſuũ con-feſſi reatũ a ſimilib⁹ firmato ꝓpoſito deliberaue-

rint abſtinere Sup quo tã ſalubri canone placeat videre apparatũ ꝛ multa bona ꝑ explanatione videbuntur.

## ¶ Item alius Canon de eodem nõ minoris ponderis de ↄſe. diſt. pꝛima.

¶ Quando aũt ſtam⁹ ad orationẽ fratres dilectiſſimi inuigilare ꝛ incumbere ad preces toto corde debem⁹. Cogitatio carnal' hoĩs ꝛ ſeclar' abcedat. Nec quicꝙ tunc anim⁹ aliud ꝙ id ſolum cogitet quod precat. Ideo aũt ſacerdos ante orationẽ p̃fatione p̃miſſa parat fratrũ mentes dicendo: Surſum corda: vt dũ reſpondet plebs habem⁹ ad dominũ: amoneat nihil aliud ſe ꝙ dominum cogitare debere. Claudatur contra aduerſarium pectus et ſoli deo pateat. nec ad ſe hoſtem omni tempore orationis venire patiat.

## ¶ De eodem. v. q. iiij.

¶ In loco bñdictionis ↄſidentes domini ſacerdotes: nullus debet aut indiſcretis vocibus perſtrepere. aut quibuſlibꝫ tumultib⁹ ꝑturbare. Nullus etiã inanib⁹ fabulis vel riſibus agi. Et (quod eſt deterius) obſtinatis diſceptationib⁹ tumultuoſas
Jacobi. I. voces effundere. Si ꝗs eñ (vt aplus ait) putat ſe religioſum eſſe: non refrenans linguã ſuã: ſꝫ seducẽs cor ſuũ: hui⁹ vana ẽ religio. cultũ eñ ſuũ iuſticia ꝑdit: qñ ſilentia iudicij obſtrepentiũ turbo cõ
Pſalc. 32. fundit. dicente ꝓpheta. Erit cultus iuſticie ſilen
puerb. 22. tium ꝛc. In fine huius canonis dicit. Eice deriſorem ꝛ exibit cũ eo iurgiũ. A cõmuni cetu ſecedat et triũ dierũ excõicationis ſnĩam ferat.

## ¶ Concordat decretalis. Extra de cele. miſ.

¶ Dolentes referim⁹ q̄ nō ſolū quidā mīores clerici: Verū etiā aliqui eccl'iarꝝ p̄lati circa cōmeſſationes ſupfluas ꝛ fabulatiōes illicitas (vt de alijs taceam⁹) fore medietatē noctis expendūt. ꝛ ſompno reſiduū relinquētes: vix ad diurnū cōtentum auiū excitant: trāſcurrēdo vndiqꝫ ꝯtinua ſincopa matutinū. Sūt ꝛ alij q̄ miſſarꝝ ſolēnia vix celebrāt quat in anno. ꝛ qd̄ deteri⁹ eſt intereſſe ꝯtempnūt Et ſi qñ (dū hec celebrant) interſint: chori ſilētiū fugiētes: intendūt exteri⁹ collocutiōib⁹ laicoꝝ dū qꝫ auditum ad indebitos ſmones effundūt: aures intentas nō porrigūt ad diuina. Hec igit ꝛ ſimilia ſub pena ſuſpenſiōis penit⁹ inhibem⁹ diſtricte p̄cipientes in v̄tute obedientie: vt diuinū officium nocturnū pariter ꝛ diurnū (q̄ntū eis dederit de⁹) ſtudioſe celebrent pariter ꝛ deuote.

## ¶ Idem lex p̄cipit impatoria. C. de his qui ad ec. ꝯfu. denuntiamus.

¶ Denunciamus vobis omnibus vt in ſacro ſanctis eccleſijs ꝛ in alijs quidem venerabilibus locis: in quibus cum pace ꝛ quiete vota competit celebrari: abſtineatis ab omni ſeditione. Nemo conclamationibus vtatur. Nemo moueat tumultuꝫ. aut impetum committat et cetera. ꝛ concluditur ī fine. Q̄ ſi quis contra huius edicti normam. aut agere aliquid. aut ſeditionem mouere temptauerit: vltimo ſupplicis ſubiacebit. Hec ibi.

¶ Item Aug⁹. in regula ꝛ ponit̄ diſt. 42. in ora.
In oratorio pter orandi ꝛ pſallendi cultum: peni
tus nihil agatur. Ad hoc enī ſolū factum eſt vnđ
et nomen accepit. Huic igit̄ nomini opa iugit̄ im=
penſa cōcordent. ¶ Item Ieronim⁹ ad occeanuʒ
epl'a ſcđa. Timeo ne qñ p riſum intram⁹ eccl'iam
Pſ. 2. ſic de nobis rideat de quo ſcriptum eſt. Qui habi
tat in celis irridebit eos.

## ¶ Ad ideʒ ē Ca. in clemētinis đ ce/le. miſ. ꝛ nota bene.

¶ Graui nimirū turbatiōe mouemur qꝫ ex nō nul=
loꝝ neglientia rectoꝝ que dum ſpe impunitatis
pmittit: multā nutrire peſtilentiā cōſueuit in ſub=
ditis. Pleriqꝫ eccl'iaꝝ miniſtri modeſtia ordinis
clericalis abiecta: dū offerre deo ſacrificiū laudis.
fructū labioꝝ ſuorū ī puritate ꝯſcie ꝛ animi deuo=
tione deberēt: horas canōicas dicere ſeu pſallere
tranſcurrendo. ſincopando. extranea quidē ꝛ ple=
rumqꝫ vana. pphana. ꝛ inhoneſta intmiſcendo
colloquia. Tarde ad choꝝ ꝯueniendo. ſeu eccl'aʒ
ipam abſqꝫ rōnabili cauſa añ finem officij exeūdo
frequenter. Aues interdū portando ſeu faciendo
portari. caneſqꝫ ſecū ducēdo venaticos: ac q̄ſi ni=
hil ptendētes đ clericali milicia. ī corona. veſtib⁹
et tonſura: diuinaſ etiā celelebrare. aut eis intereſſe
nimis indeuote preſumunt ꝛc. Et poſt pauca. In
multis inſup eccleſijs cū vaſis. veſtimentis. ꝛ ce=
teris ornamentis ad diuinū cultū neceſſarijs: īde
centibus vtiqꝫ: penſatis caꝝ facultatib⁹ deſeruit̄
Ne igit̄ tranſgreſſiones inualeſcant hmōi: alijſqꝫ

veniant in exemplū: ſacri cōſilij approbatiōe hoc fieri ꝓhibentes ſancim⁹: vt illi ad quos ptinet. et in eoꝝ (ſi vtiqꝫ exempti nō ſint) neglientiā vł defectum: locoꝝ ordinarij: ſi vo exempti fuerint. aut alias circa hoc ꝑuilegiati: ſupiores ipoꝝ omi neglientia vel in curia penit⁹ relegata: circa formanda pmiſſa ⁊ eoꝝ ſingula corrigenda. Nec nō vt in cathedralib⁹. regularibus. ⁊ collegiatis eccleſijs horis debitis deuote pſallat. In alijs vero ꝯueni enter ⁊ debite celebret diuinū. diurnū. ⁊ nocturnū officiū: ſi dei ⁊ aplice ſedis indignatiōem euitare voluerint: ſollicitam curēt diligentiaꝫ adhibere. ꝯtradictores p cenſuraꝫ eccliaſticam dūmodo ad eos illam exercere ptineat. alijſqꝫ oportunis remedijs cōpeſcendo facientes: ꝓut ad eos ſpectat in his ⁊ alijs que ad diuinū cultum ⁊ morū reformationem ptinent. ac eccliaꝝ et cimiterioꝝ reſpiciūt honeſtatē: ſacroꝝ ſtatuta canonū ad que ſcienda: diligens curent adhibere ſtudium irrefragabiliter obſeruari.

¶ Circa hunc canonem multa bona dicunt in apparatu cui placꝫ videat Item ex decretis conſilij baſ. de ſpectaculis in eccleſijs.

¶ Turpem etiam illum abuſum in quibuſdā eccleſijs: quo certis annuis celebritatib⁹ non nulli. cum mitra. bacculo. ac veſtibus pōtificalib⁹. more epiſcopoꝝ benedicūt. Alij vt reges ⁊ duces induti: qō feſtum fatuoꝝ vel innocentū ſeu puerorū

in quibuſdam regionib⁹ nuncupaꝛ. Alij laruales ac teatrales iocos. Alij choreas ꝛ tripudia mariū ac mulierū facientes: hoīes ad ſpectacula ꝛ cachinationes mouent Alij cōmeſſatiões ꝛ ꝯuiuia preparant: Hec ſinodus deteſtans ſtatuit ꝛ iubet ſtaꝫ ordinarijs ꝙ eccl'iaꝝ decanis et rectorib⁹ ſub penis ſuſpenſionis oīm ꝓuentuū eccl'iaſticoꝝ trium menſiū ſpacio: vt hec ꝛ ſimilia ludibria. neqꝫ etiā mercantias ſeu negociatiões nundinaꝝ in eccl'ia que domus orōnis eſſe debet. ac etiā cimiterio exercere amplius ꝑmittant. tranſgreſſores ꝑ cenſuram eccleſiaſticā. aliaqꝫ iuris remedia punire nō negligant. Omēs aūt cōſuetudines ſtatuta ac ꝓuilegia: q̄ his nō ꝯcordāt decretis (niſi forte maiores adducerent penas) irritas eſſe hec ſancta ſinodus decernit ꝛc. Datū in ſeſſione publica ſolenniter celebrata in maiore eccl'a Baſ. die iouis nona. menſis iunij. Anno a natiuitate dñi. M. cccc. xxxv.

## ¶ Hoc idē ꝓhibeꝛ Extra d̄ vi. ꝛ hone. cle. Cū decorem vbi dicīꝛ

¶ Interdū ludi fiūt in eccleſijs theatrales. et non ſolū ludibrioꝝ ſpectacula introducunꝛ in eis mōſtra laruaꝝ: verūetiam in aliquib⁹ feſtiuitatibus dyaconi preſbiteri ꝛ ſubdiaconi inſanie ſue ludibria exercere preſumunt: fraternitate veſtre mandamus: quatenus ne ꝑ hmōi turpitudinem eccleſie inquineꝛ honeſtas: prelibatā ludibriorū cōſuetudinem. vel potius corruptelaꝫ curetis a veſtris

eccleſijs extirpare.

## ¶ Aliud decretū cōſilij Baſ. factū ſeſſione viceſima prima. qđ lectū fuit nona die iunij āno. M. cccc. xxxv in eccl'ia Baſ. et ſic incipit.

¶ Si quis pncipem ſecularē rogatur⁹. habitu honeſto. geſtu decenti. platiōe nō pcipiti ſed diſtincta. attenta quoqꝫ mente: ſeipm ac vba ſtudet cōponere. Quāto diligenti⁹ in ſacro loco omipotētem deū oraturus: hec omīno facere curabit. Statuit igit̄ ſancta ſinodus vt in cunctꝭ cathedralib⁹ ꝛ collegiatis eccleſijs diebus ſingulis (ꝯgrua pulſatione pmiſſa) laudes diuīe p ſingulas horas nō curſim ac feſtinanter: ſꝫ tractim cū pauſa decēti: pſertim in medio cuiuſlibet verſiculi pſalmorū: debitam faciendo inter ſolenne ꝛ feriale offcciū: differētiā: reuerent̄ ab omib⁹ pſoluant̄. horas canonicas dicturi cū tunica talari ac ſuppellicijs mundis: vltra medias tibias longis: eccleſiam ingrediant̄: nō capucia ſed almucia vel pireta in capiti bus tenentes. Qui cum in choro fuerint: grauitatem ſeruent quam et locus ꝛ officium exigūt. Nō in ſimul aut cuꝫ alijs ꝯfabulatiōes habētes. Aut litteras ſeu alias ſcripturas legētes. Et cum pſallendi gratia ibidem conueniant: muta aut clauſa labia tenere non debent: ſed omnes (preſertim qui maiori funguntur honore) deo alacriter modulentur. Cum dicitur. Gloria patri et filio:

omnes ↄſurgant. Cū nōiat̄ glorioſuʒ illud nomē iheſus. (in quo om̄e genu flectit̄ ⁊c̄.) capita īclinent. Nemo ibidem dū hore publice in communi cantant̄: legat vel dicat ꝑuatim officium. Nā nō ſolū obſequiū quo obnoxius eſt ſubtrahit: ſʒ ⁊ alios pſallentes ꝑturbat. Hec ibi. In q̄ decreto habent̄ multe clanſule notabiles que cauſa breuitatis hic omittunt̄.

## Decimū capitulū. In quo oſtenditur qualis ſit domus dei ⁊ q̄s fructus ibi hominibꝰ eueniat ⁊ allegat̄ multiplex ſcriptura ⁊ fit exclamatio ↄtra putātes ſe ipunes trāſire ī magnis peccatis cū tn̄ multi ſancti grauiter puniti ſint ꝑ leuibus culpis ex quoꝝ obſtinatiōe multa mala eueniunt eccleſie.

Uper om̄ia hec maxime eccl'iaſticos debʒ mouere immo terrere: verbū noſtri ſaluatoris tociens repetituʒ. domꝰ mea domus orationis vocabit̄. yſaie. 56. Mathei. 21. Jere. 7. Mar. 11. Luce. 19. Johis. 2. Quod verbum ſancti patres tractauerunt diſtin. 88. ca. 2. Et. j. q. 3. Saluator. in fine. Et. 16. q. 7. Et hoc diximꝰ. in principio. Unde Ambro. coriolanꝰ exponēs illō Auguſtini in regl'a. In oratorio nemo aliq̄d agat

et cetera dicit. Magnope cauendū eſt: ne in tēplo dñi aliq̄d fiat qd̄ oculos diuīe maieſtatꝫ offendat vel ibi orare volentes impediat. Perinde Bernhardus ait. Omīno diuīe celſitudinis ꝓditorē ſe eſſe nouerit: q̄cunqꝫ eſt ille: q̄ vicia quelibꝫ in hāc domū conat̄ inducere. ꝛ templū dei ſpeluncā vult facere demonioꝝ. Ob eam rem ſaluator nr̄: vendentes ꝛ ementes de templo eiciens. ꝛ mēſas nummulariorꝫ ſubuertens: dixit. domus mea domus orōnis vocabit̄. Uos aūt fe. eā ſpe. latro. Dom⁹ mea inquit: qꝛ omnis ecc̄lia ꝛ oīe templū domus dei eſt. Dom⁹ mea inquit: vt ſe deum ac dominū ipi⁹ eue inſinuaret. Ut etiam intelligerem⁹ eū nō ſolum poſſeſſorē ſed factorem diuine domus. Nemo eēm pōt ecc̄iam edificare niſi a deo motus. Sicut ſcriptum eſt. Templum dei ſanctum eſt. dei ſtructura eſt. dei edificatio. Et ſubdit. domus orationis vocabit̄. qꝛ in templo dei non niſi orōnes. obſecratiōes ꝛ diuina debent adminiſtrari ſacramenta. Cauete igit̄ fratres alias ibi facere cōfabulationes. Cauete nō dico tm̄ opari: ſed nec etiam ibi aliquid cogitare qd̄ iniuſtum. quod turpe. qd̄ inhoneſtum ꝛ vanū ſit. Cauete ibi nō ſoluꝫ corpe ſed nec mente vagari. Ecc̄lia eēm eſt domus dei. Eſt porta celi. Eſt domus ſalutis. In ecc̄lia eſt illa ſcala Jacob: cui⁹ ſummitas celos tangebat. p quā deſcendentes et aſcendentes angelos vidit. Ibi oculus dñi cunctos noſtros intuet̄ ꝛ diſcernit actus. Ibi tronus ſue maieſtatis. Ibi cum nos ſumus oratores: chori angeloꝝ aſſiſtunt laudatores Ibi peccatores recōſiliant̄. Juſti ſanctificant̄. cele

1. Choꝝ. 3.
Ephe. 2.
Gen. 28.

ſtia᷑ tractant ſacramenta: diuina explent miſteria
et celeſtes effundunt benedictiões. O igit̃ q̃ me-
tuendus. o q̃ venerandus. o q̃nta deuotiõe freq̃n
tandus eſt locus eccleſie. Caueamus igit̃ fratres
atq; timeam⁹ alia ibi agere loqui aut cogitare q̃
facta ſit: ne ſimus d̾ illis quibus improperat dñs
dicens. Uos aũt feciſtis ſpe.la. Unde Alcuinus
Miſtice aũt q̃ttidie deus ſpiritualiter ſuã eccl̃iã
intrat. et qualiter ibi vnuſquiſq; ꝯuerſet̃ attendit.
¶ Caueamus ḡ ne in eccl̃ia dei fabulis vl̃ riſibus
vl̃ odijs. vel cupiditatib⁹ vacemus: ne ĩprouiſus
veniens nos flagellet. et de eccl̃ia ſua eiciat. Nam
ſm Criſoſto. Acrius inuexit ꝯtra dehonorãtes tẽ
plum q̃ cõtra q̃dcunq; aliud peccatum. et nõ ſolũ
verbo ſed et flagello vſus eſt. ¶ Sed prochdolor
nõ ẽ in nobis ſcĩa neq; ſenſus: multa habem⁹ ſcri
pta mltos exhortatiões multa p̃cepta. immo etiã
multas horribiles minas: et tñ paꝝ reſipiſcim⁹ et
emẽdam⁹. Uñ igit̃ (poſt tot documẽta. tot exhor-
tationes. tot deniq; terribiles ꝯminatiões) tanta
ĩ nobis creſcit impunitas delinquẽdi? Quis hic
preſumptiõis ſpũs. qui tantã in nr̃o animo opera
tur audaciam? Et cum plures ſanctos homines
ſicut Adam Geneſ. 3. Sicut vxorem Loth Gene
.Regũ.13. ſis. 19. Sicut virum dei ꝓphetam: q2 contra inter
Regũ.6. dictũ cõmedit: a leone deiect⁹ occidit. Sic Ozã
ſacerdotem q̄ tetigit archam: cũ tamen declinaue-
rat. et a domino ꝑcuſſus mortu⁹ eſt. Sicut ſanctũ
Seuerinũ. qui neglienter horas ꝑſoluit. multis
annis purgaroriũ paſſus eſt. et infinitos alios: de
leuibus culpis videamus grauiter eſſe punitos: et
nos cottidie in maioribus et pluribus delinquen

tes eternos dampnationis ignes euadere creda=
mus? Sed quid? Si obſtinato et indurato animo
atꝫ ſurda aure tranſimus impenitentes: expaue=
ſcamus. ne ſimus a deo deſpecti: cum nullam cor=
rectionem aduertimus ſm illud. Conſidera opa Ecci.7.
dei: ꝙ nemo poſſit corrigere quem ille deſpexerit
Et ne ſic didicerimus mala ꝙ nullo modo poteri=
mus facere bona. iuxta illud. Si mutare pōt ethi Jere.13.
ops pellem ſuam et pardus varietates ſuas: ſic et
vos poteritis benefacere cum didiceritis malum.
De hoc iterum ꝓpheta. Scito ⁊ vide quia maluꝫ Jere.2.
et amarum eſt reliquiſſe te dominū deum tuum et
non eſſe timorem eius apud te dicit dominus.
¶ Et quia heu nunc maior pars ſacerdotum talis
eſt ꝙ nolit apprehendere diſciplinam: ſed magis
diligere maliciam ꝙ̄ benignitatem: ideo perit de
via iuſta que nō ſapit eis: ideo valde timenda eſt
ruina eccleſie futura. et forſan cicius ꝙ̄ putamus
(vt in ſequēti tractatu dicet) Dicit eñ Criſoſto.
Nihil tantuꝫ deſtruit eccleſiam dei ſicut ꝙ clerici
deteriores ſunt laicis. Idem dicit Jero. Et habet
8. q. j. Qualꝰ. vbi in fine dicit. Vehemēter eccliaꝫ
dei deſtruit meliores eē laicos ꝙ̄ clericos. Et idē
diſt. 83. Dicit canon. Nemo q̊ppe nocet in eccłia
dei amplius ꝙ̄ q̊ ꝑuerſe agēs: nomē vł ordinē ſcita
tis ⁊ ſacerdotiſ hꝫ. delinq̄ntē nāqꝫ hūc redarguere
nullus p̄ſumit. ⁊ ī exēplū culpa vehementꝰ exten=
ditur. qñ ꝓ reuerentia ordīs peccator honoratur.
Epiſcopus itaqꝫ q̊ taliū crimina nō corrigit magis
dicendus eſt canis impudicus ꝙ̄ epūs. Hoc etiaꝫ
exclamat Yſa. 56. Speculatores eius ceci omnes.

neſcierũt vniuerſi. canes muti nõ valẽtes latrare. videntes vana. dormientes ⁊ amantes ſomnia. et canes impudẽtiſſimi neſcierũt ſaturitatẽ. Ipſi paſtores ignorauerũt intelligentiam. Omẽs in viaꝫ ſuam declinauerunt vnuſquiſqꝫ ad auaritiam ſuã a ſummo vſqꝫ ad nouiſſimũ. Venite ſumamus vinum (ita loquunt̃ ad ſemetipſos ſm Lyrã) ⁊ ĩpleamur ebrietate. Et erit ſicut hodie ſic ⁊ cras ⁊ multo amplius. Hec ille. Idẽ quaſi habet. 19. q. 3. monaſterijs. Ubi dicit̃ Nã dũ graue ſit in exptos hominũ obſequijs ſociari. quis poſſit dicere quanto ſit grauius ad dei ſeruiciũ improbos applicari. Et 47. diſt. q̃ntũlibet. In q̃ canone dicit̃. qm̃ ſicut difficile ſum exptus meliores quaꝫ in monaſterio ꝓfecerunt: ita nõ ſum deteriores exptus q̃ꝫ qui in monaſterio defecerũt. ⁊ ſunt hec verba Auguſtini ad Uincentiũ donatiſtã.

## Caplm vndecimũ. Recitat̃ luxurioſa crapuloſa ⁊ vana vita multoꝝ ſacerdotum quorum actus eccleſiaſtici infructuoſi ⁊ nociui ſũt. vt oſtẽditur in exemplo horribili in quo inſeritur epl'a beelzebub demonis ad prelatos ⁊ rectores eccliaꝝ.

d E debili igit̃ ſtatu clericali audiat̃ quod dr in tractatu qui intitulat̃ lauacꝝ ꝯſcientie ſacerdotum. capitulo de luxuria et alijs vicijs ſacerdotum. Et ſumit̃ ex libro apũ. Cum ſa

cerdotes dies ↄſumāt in ↄuiuijs ludis ꝛ venereis Ecci.19.
cū validis ſuis: verba ꝓcacia loquēdo bibendo ri
dendo ꝛc. diabolo inſtigāte (ſm qđ ſcriptuꝫ eſt)
Vinū ꝛ mulieres appoſtatare faciūt etiam ſapien
tes. Hinc ipi clamant afferaꝛ vinū optimū. qꝛ abſ=
qꝫ venere ꝛ mero rite letabiꝛ nemo. vulgariꝛ On
ſchon frowen vnd gutē win mag nyeman frolich
ſyn. Talibus ꝛ alijs mendacijs. ſcurrilitatibus.
cachinatiōibus. verbis luxurioſis ꝛ potatiōib⁹ in
ſeruientes: hominib⁹ cū quib⁹ ↄuerſanꝛ malū pre
bent exemplū ꝛ inficiūt pcipue iuuenes maſculos
et femellas ſecū habitantes. ꝛ ſic totā diem cōnſu
munt ꝛ forſitan noctis magnā ptem. Et ſeqnti die
nō dū bene ab heſterna crapula euaporati: intran
tes eccliam nō cauſa deuotionis ſed timore magiſ
coacti ſui ſupioris. aut queſt⁹ fauore nō dei amo=
re celebrare miſſas nō formidant. querētes ↄfeſſo
rem nō virū iuſtum litteratū ꝛ timoratū: ſed quili=
bet ↄuiuā ſuum in vita ꝛ ↄuerſatiōe ſibi ſileꝫ. Ab
ſolue me inquiēs ꝛ ego abſoluā te: ait latro ad la=
tronem. Sic fuit. ſic eſt. ſic erit. ꝙ ſilis ſimilē ſibi
querit. Et ſic nullus ↄſequiꝛ abſolutiōem (vt etiā
diffuſe ſupra patuit) qꝛ nullus intendit firmiꝛ di=
mittere qđ ↄfitetur. immo quilibꝫ taliū duo noua
incurrit mortalia peccata. Primuꝫ qꝛ ficte ꝛ falſe
cōfiteꝛ. nō hn̄s ſufficiens ꝓpoſituꝫ dimittendi qđ
peccauit. Scđꝫ qꝛ abſoluit eū quē ſcit vł ad min⁹
ſcire debet coram deo nō eſſe abſoluendū neqꝫ ab
ſolutum. ꝓ eo ꝙ dimittere nō intendit ꝛc. immo
ſtatim pacto officio feſtinanter poſtergando eccle=
ſiam ꝛ ante omēs recedendo ad ea que prius ſeſi=

ne verecundia inuoluẽdo. O q̃nta cecitas. Et ſic
fiunt infinita mala ⁊ peccata clericoꝝ in magnum
ſpretum ⁊ offenſam diuĩe clemẽtie. Vñ nulli du-
bium qnin maxĩa ira ⁊ furore ad vindicandũ inſtã
metur deꝰ ad plagandã totam eccl'iam catholicã.
ſicut olim fecit ꝓpter peccata veteꝝ ſacerdotũ. qñ
(vt ait Gregorius) totã ciuitatẽ hieruſalem cũ
templo ſuo ⁊ circa regionẽ euertit: niſi pietas nr̃i
redemptoris tam magna in nos eſſet ⁊ multa. Sꝫ
ꝙ in nobis nũc ita pius eſt ⁊ longanimis: cuꝫ nul
la ſequit̃ emenda: in morte grauitate pene ⁊ mul-
tiplicitate cõpenſabit. ¶ De hoc audi horribile ex
emplum. Erãt duo ſeculares clerici. ⁊ ambo in ar
tibus mgr̃i: qui ſe mutuo maxĩe diligebãt. ſꝫ heu
vicio carnał turpitudinis inherẽtes: infra legitti-
mos annos ambo ordinati in p̃ſbiteros. Qui tan
te ſocietatis vinculo ꝯſtricti ſunt: ꝙ ſil' pactũ inie-
rũt: vt q̃ prior ex eis decederet: alteri tertia die ap
pareret: ⁊ ſibi de ſtatu ſuo indicaret. Quoꝝ vnus
nõ multo poſt tempe morte ſubita defunctus: in
p̃ſcripto tp̃e nõ reuertit̃. Poſtea vero cum ſocius
eius de ipſius regreſſu quaſi deſperaſſet: ſtatim ap
paruit ei: ⁊ ſi ſe cognoſceret inquiſiuit. Cui ſociꝰ.
bene (inquit) te cognoſco: ſꝫ cur taꝫ tarde venis?
Ait qꝛ deo nõ placuit. Nunc ğ ſcire debes. ꝙ ego
pro in numeris peccatis ⁊ precipue ꝓ eo ꝙ mino
rennis fui: ⁊ ſic ſcienter ad ſacerdotiũ acceſſi. cum
me crederem epiſcopũ decipere: vehementer de-
cepi meip̃m. Inſup ꝙ vicio luxurie ⁊ maxĩe publi
ce cũ cõcubina mea turpiter me ſubieci: ideo gra-

uiſſimis nunc ſum penis eternaliter deputatus.⁊
quocunqꝫ me miſer diuerto:infernalē mecū igneꝫ
deporto.Cui ſocius:Nunquid mō ardes loquēs
mecum:cum tñ in te nullum appareat ardoris in=
dicium?Reſpondit ille immo ardeo:ſed vt fidem
verbis meis adhibeas:ecce guttam ſudoris mei:
quē cum ille recipere nollet:tres ſuꝑ eum ꝓiecit.
vnā in frontem.duas in maxillas: que cutē ⁊ car=
nem cicius comburendo vſqꝫ ad oſſa ꝑuenerunt.
ꝓpter quod mox corruens quaſi ſtatim moritur⁹
cruciabat̄.Tunc ait qui mortuus fuit. Surge qꝛ
non morieris inde.Ecce in iſto modico ſcire pote=
ris quantū habeo de pena:cum totus tali implica=
tus atqꝫ immerſus ſim miſeria.Cogita ergo nunc
ꝙ̄ graue ſit nobis miſeris habitare ī ardorib⁹ ſem=
piternis.¶ Et hec dicens dedit ſibi rotulam vnā
vt legeret quam beelzebub princeps demonioꝝ
et dux tenebrarum prelatis et rectoribus eccleſia=
rum ex profundo inferni trāſmiſerat: cuius tenor
talis erat. ¶ Beelzebub princeps demoniorum
et dux tenebrarum cum ſatellitibus ſuis.omneſqꝫ
tartaree poteſtates.Archiepiſcopis. Epiſcopis.
Abbatibus. Prepoſitis. Preſbiteris : ceteriſqꝫ
eccleſiaruꝫ rectoribus:ſuis cariſſimis amicis.nūc
et in euum:tartareas ſalutes et inuiolate ſocieta=
tis federa:que diſſolui non poſſint ineternū.Ma=
gna fiducia nobis eſt in amicicia veſtra.Amici ca=
riſſimi multū ꝺ vobis gratulamur.qꝛ ſentitꝭ optīe
nobiſcū.⁊ q̄ nr̄a ſūt diligent̄ q̄ritis ⁊ ꝓcuratꝭ vbi=
qꝫ:tuendo. atqꝫ fouēdo: q̄cq̄d ad ius nr̄m ꝑtinere

cognoſcitis. Sciatis ꝙ vniuerſitati nr̄e vos mltū
eſſe acceptos. multaqꝫ gratiaꝝ actione ſtudia ve=
ſtra ꝓſequimur: eo ꝙ infinite mltitudines aīarū
ꝑ miſterium vr̄m. vite exemplū. atqꝫ neglientiam
faciendi in populis opus dei a via veritatꝭ abdu=
te ⁊ relicte. cottidie nobis captiue adducunt. Un̄
et regni nr̄i potentia magnifice roborat. ꝑſeuera=
te ꝙ tanꝙ fideles ⁊ intimi nr̄i in amicicia noſtra:
ꝑ opus quod cepiſtis ac tenetis. quia ꝑfecto para
ti ſum⁹ ꝓ his omnib⁹ rependere vobis retributio
nem ꝯdignā. ⁊ mercedem ꝯgruā in inferiorib⁹ in
ferni. Ualete ⁊ ſalus noſtra ſit vobiſcum ineternū
Huius ep̄le fundamentū in Yſaia habet ca. 5. dicē
te. Ue qui ꝯſurgitis mane ad ebrietatē ſectandā
et potandū vſqꝫ ad veſperam vt vino eſtuetis. Ci
thara ⁊ lira ⁊ timpanū ⁊ tibia ⁊ vinum in cōuiuijs
vr̄is. ⁊ opus dn̄i nō reſpicitis ſcꝫ vos ip̄os quare
creati eſtis ſm glo. ⁊ hoc dr̄ p̄latis ſm eandē nec
opa manuū ei⁹ ꝯſideratis. Ubi Lyra ſcꝫ qualiter
puniuit acriter viciū carnalitatꝭ vt in diluuio totū
mundū. ⁊ in ſodoma ⁊c̄. ꝓpterea captiuus eſt du
ctus populus me⁹. qꝛ nō habuit ſciaꝫ ⁊c̄. Et ſeq̄=
tur ꝓpterea dilatauit infernus aīam ſuam. i. capa
citatem ſuā ſm Lyrā. ſed ſm glo. i. affectū deuo=
randi. Et apperuit os ſuū abſqꝫ vllo termīo. i. in=
ſaciabiliter ſm glo. Et deſcendet fortes ei⁹ et po=
pulus eius ⁊ ſublimes glorioſiqꝫ eius ad eū. i. in=
fernum ſm glo. ¶ Ꝯlecta igit mortifera ſalutati=
one: cōtremuit qui legit. totuſqꝫ infremuit. Atqꝫ
mox honores ⁊ p̄latiōes quib⁹ inhiabat horrere ⁊
cōtempnere cepit. dixitqꝫ ad ſociū ſuum mortuū:

Dic mihi queſo ſi tibi aut mihi aliq̄ mō ſuccurre re valeā: Ait ei mortuꝰ. Mihi quidem ꝓdeſſe nō poteris. etiam ſi ignibꝰ te traderes: qꝛ ſpaciū peni tendi ꝑdidi: ſed tibi nūc adhuc ſemꝑ tp̄s eſt bene oꝑandi. ꝛ locus penitendi ꝛ merendi. ¶ Cuꝫ hec et alia plura mortuꝰ ille dixiſſet euanuit. Et ſociꝰ eius monaſteriū ſancti melani ingreſſus eſt: prius tn̄ rebus ſuis omnibꝰ: pauꝑibꝰ xp̄i diſtributis: di uino ſe ſeruicio mancipauit. et factus eſt in breui monachus ꝓbatꝰ ꝛ ꝑfectus religioſus. ¶ Atten dite o fratres amandi. ꝑpendite diligenter. Nam quod huic accidit mortuo: nobis poterit euenire et ꝓculdubio eueniet nobis: vt ſufficient ꝛ multi pliciter superiꝰ declaratū eſt: ſi nō ſtuduerimꝰ pe nitere ꝛ nos emēdare. ꝛ reicere pompas nr̄as. ne glientias. laſciuias. crapulas. ꝛ alia nephanda. d̄ quibus ſupra. ¶ Exhortor igit̄ in viſceribꝰ iheſu xp̄i oēs hūc tractatulū (lꝫ in cultu ſtilo collectū tn̄ vtilē) legentes nō vilipendere: ſed maſticare attē to corde. qꝛ nulla in eo ꝯſcripta ſunt ex ꝓprijs: ſꝫ potius dicta ꝛ ſcripta ſanctoꝝ patꝝ: q̄ locuti ſunt dictante ꝛ inſpirāte ſpirituſancto: que impleri ne ceſſe ē. ne eueīant nob̄ q̄ minant̄. que tn̄ abſq; du bio euenient: ſi cachinnādo. ꝑuipēdēdo. atq; ꝯtem pnendo ſpreuerimꝰ ꝛ reiecerimus: Uerū potius ſi iuſte fuerimꝰ reprehenſi: peniteamus et credamꝰ euangelio: humiliādo nos ſub potenti manu dei: vt nos exaltet in die viſitationis iheſus chriſtus iudex viuoꝝ ꝛ mortuoꝝ ꝛc̄. 2. Petri. 1. 1. Petri. 5.

Sequit̄ de tribulatiōibꝰ ꝛ
ſignis ruine eccleſie.